



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CXLIV. Markgraf Ludwig verleiht mehreren Bürgern zu Stendal die Münze zu Stendal und Kyritz auf 12 Jahre, am 5. Oktober 1343.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

CXLIII. Markgraf Ludwig verheißt für den Fall, daß er der ganzen Altmark sich bemächtigt haben würde, den in seinem Geleite beschädigten und getödteten Bürgern Stendals Schadloßhaltung und die Stiftung eines beständig brennenden Lichtes, am 3. Oktober 1343.

Nouerint etc. Quod nos Lodowicus etc. pia misericordia moti, qua frequenter nostris subditis et maxime, qui nostri de causa dispendia non merita incurrant et ea sustinent, nostri ob amorem pacienter, tenemur et astringimur specialibus fauoribus et graciis prouidere, discretis uiris ciuitatis nostre Stendal ciuibus fidelibus nostris dilectis infra scriptis, quorum quosdam ex hiis ob spem participationis securi ducatus nostri sic dampnicatos, quosdam uero ex hiis pro chdolor occisos fore nouimus. In recompensam et refusionem dampnorum sequencium eisdem illatorum ipsis uidelicet Alardo XIX marcas argenti, kaluen XIII marcas argenti cum dimidia marca, Boldekyno et Gerharde de moringhen VIII marcas, Heynoni Bil. V marcas, Ebelino Elgelkens V marcas, Sudenborch III marcas, Johanni de losat II marcas, mathye dicto II marcas, Heynoni francken VIII marcas, Johanni Laurencio XVI marcas minus fertonem deputabimus de primaria precaria, dum primum tota terra antique marchie ad nos deuenit ac deuoletur suisque heredibus aut consulibus eiusdem ciuitatis nostre fidelibus iporum nomine, ut nos commonitos habeant ad satisfaciendum tempore se offerente predictis in eisdem et presentibus sine impedimento quolibet percipiendas pariter et tollendas decreuimus deputare. Insuper addicientes, quod predicti nostri fideles, heredes eorum aut consules nomine suorum ob iugem et perhennem memoriam animarum prenotatorum occisorum eciam magnificorum principum marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum bone recordacionis, nostri, heredum ac successorum nostrorum decem marcas argenti de eadem precaria percipiant, quas quidem marcas in comparacionem luminis sine intervallo ipsis ardentis dirigi uolumus simpliciter et conuerti, Id idem lumen quo magis ad locum ipsis conuenire uidebitur, nostra licentia beniuolencius adhibita statuentes. In cuius etc. Testes deck, swartzburg, bombrecht, helbe, hartmannus mager cum ceteris. Anno domini M^o. CCC^o. XLIII^o., feria VI. post michahelis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg No. XCVIII.

CXLIV. Markgraf Ludwig verleiht mehreren Bürgern zu Stendal die Münze zu Stendal und Kyritz auf 12 Jahre, am 5. Oktober 1343.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus etc. Discretis uiris Conrado hyddin, Engelberto, filio suo, ny. guntheri, ny. bifmark, heysoni walkoni, beringero et hogero, filiis Conradi hyddonis predicti, et hogero, patruo suo, ciuitatis nostre Stendal ciuibus nobis dilectis, manu coniuncta iporumque ueris et legitimis heredibus monetas ciuitatum nostrarum kyritz et Stendal quamlibet XII annis continuis a terminis inicialibus sub modis, formis, conditionibus, ut sequitur, sine impedimento quolibet pacifice possidendam, tenendam pariter et regendam. Instabit enim dies inicialis monete ciuitatis nostre kyritz postquam a festo beati Jacobi

proxime venientis XIII anni continue sub sequentes expirauerint, ex tunc eandem monetam XII annis continuis possidebunt. Postquam vero ab eodem festo sancti Jacobi proximo XVI anni continue subsequentes expirauerint extunc prenotati vel eorum heredes monetam ciuitatis nostre Stendal XII annis continuis pacifice possidebunt sub modis et conditionibus, quibus ceteri nostri monetarii prenotatas possederunt, tenuerunt et rexerunt, eciam sub condicionibus sequentibus eandem monetam tenendas, possidendas et regendas, videlicet quod queuis marca subsistat in puritate per vnus lotonis et IIII denariorum defectum quodque XXVIII solidi denariorum brand. et IIII den. debent marcam in pondere continere, Cumque antiqui den. prohibentur ex tunc per illum annum nullus emere debet cum eisdem sed cum denariis nouis emere debent omnes. Nouorum quoque denariorum octo dies ante festum beati Jacobi tempus erit. Item si denariis dictorum monetariorum varam decreuerimus adhibere, hoc nusquam, quam in earum fabrica vel in eorum campforum asere faciemus. Quod si alias denarii inuenti fuerint non datui, per hoc monetarii nostri prenotati respondere nullatenus tenebuntur, Sed immunes et indemnes erunt ab excessibus ceterorum et qui inter ipsos solus in moneta deliquerit solus sibi gratiam emendabit. Volumus etiam et districte precipimus ne quis audeat denarios conburere in terra nostre marchie nec argentum similiter purificare aut denarios cambire absque dictorum monetariorum nostrorum plenaria voluntate, Sed solummodo auri fabri argentum cremabunt quantum indigerint ad operandum. Insuper si aliquis de dictis monetariis nostris ab hac luce medio tempore migrare contingeret, ipsius legitimis heredibus vel amicis propinquioribus firma debemus tenere Hec omnia prenarrata. Inhibemus etiam sub pena rerum et corporis, ne quis christianus vel iudeus denarios graves vel leues eliciat vel eligat per aliquam vel instrumentum quod seygher dicitur vel instrumentum aliud qualecunque, Statuentes quod quicumque comprehenderit talia committentem deprehendens quartam partem tollat de emenda excessus illius et ciuitas in qua deprehensus fuerit quartam partem et nos mediam partem nostris vsumus (usibus?) referuamus: nullus enim prenotatis nostris monetariis varam inferre presumat sine nostro consensu certo beniuolo seu expresso. In cuius Testes decken, Swarczburg, pincerna, Lochin, helbe, mager, milites, et ger. wolff cum ceteris. Datum Stendal, anno M. CCC. XLIII. predicto etc. In crastino beati francisci.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CV.

CXLV. Markgraf Ludwig verleiht an Bürger zu Stendal die Münze daselbst auf 12 Jahre, am 5. October 1343.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus discretis viris Conrado hyddin, Engelberto filio, nycolao güntheri, ny. bismark, heysoni valconi, Beringero et hogero filiis eius et hogero patruo suo, ciuitatis nostre steindal ciuibus, fidelibus nostris dilectis, manu coniuncta suisque veris et legitimis heredibus monetam ciuitatis nostre steindal, Postquam a festo beati Jacobi ultra sedecim anni continue subsequentes expirauerint, ex tunc monetam ciuitatis steindal XII annis continuis pacifice possidebunt, sub modis, formis et conditionibus, ut in litera, ipsis super moneta ciuitatis kyrirtz Data, de uerbo ad uerbum exprimitur